Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



373

suas qz ab hominibus dm est omnis illusor et in simplicitate sz
mortuorum eius T. Congestas a dno in domo impij habitacula
aut iustorum benedicet. Illusores ipse deludet et mansuetis dabit gras.
Beati sapientes possidebunt. Stultorum exultacio ignominia. T.
Verba ecclesiastes filij dauid regis israel. Vanitas vanitatum
Domica xiij
Vanitatum dixit ecclesiastes. Vanitas vanitatum et omnis vanitas.
Quid habundantius homo de omnibus laboribus suis quibus laborat sub sole.
Generacio preterit et generacio aduenit. terra autem in eternum stat. T.
Oritur sol et occidit et ad locum suum renitet ibique renascens per me
ridiem gyrat et reflectitur ad aquilonem lustrans omnia in circuitu
pergit spiritus et in circulos suos redit. T. Omnia flumina intrant
mare et mare non redundat. Ad locum unde exeunt flumina re
uertuntur et iterum fluunt. Cuncte res difficiles non possunt eas homo explicare
sermone. T. Non saciatur oculus visu nec auris impletur
auditu. Quid est quod fuerit ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est ipsum quod
faciendum est. T. Nichil sub sole nouum est nec valet quisquam dicere hoc
ecce nouum est. Iam enim precessit in seculis que fuerunt ante nos. Non est
enim prior memoria sed nec de eorum que postea futura sunt. T.
Ego ecclesiastes fui rex israel in israel et posui in corde meo quod et in
uestigare sapienter de omnibus que fiunt sub sole. Hanc igitur occupacionem
pessimam dedit deus filijs hominum ut occuparentur in ea. T. Infra eiusdem
Vidi cuncta quia fiunt sub sole et ecce omnia vanitas et afflictio spiritus
Quesiui difficile corruptum est et stultorum infinitus est numerus. T.
Locutus sum in corde meo dicens. Ecce magnus effectus sum et praeces
sapiencia omnes qui fuerunt ante me in israel et mens mea perplexa est multa
sapienter et didicit. T. Et dedi cor meum ut scirem prudentiam et doctrinam
erroresque et stultitiam et agnoui quia in his quoque est labor et afflictio
spiritus eo quod multa sapientia est multitudo indignacionis et qui addit scientiam ad
Diligite iustitiam qui iudicatis Domica xv
dit laborem. T.
terram. Sentite de domino in bonitate et in simplicitate cordis